

BOLETIN ECLESIASTICO

ORGANO OFICIAL
INTERDIOCESANO
MENSUAL



EDITADO POR LA
UNIVERSIDAD
DE STO. TOMAS

Vol. XXVIII—No. 313

Julio, 1954

SUMARIO

PARTE OFICIAL

CURIA ROMANA: Documento de la creación de la Prelatura "Nullius" de Infanta	407
Allocutio Summi Pontificis Pii Pp. XII (De Magisterio Ecclesiastico)	410
Discurso del Santo Padre en la Canonización de S. Pío X	415
—Acto de Consagración a María Inmaculada compuesto por San Pío X	421
Letter of the Sovereign Pontiff concerning the exalted mission of the Institutes of Teaching Brothers	422
Carta Gratulatoria de Su Santidad al Excmo. y Revmo. Mons. C. Guerrero, D.D. con ocasión de las Bodas de Plata episcopales del Ven. Prelado	425
Carta del Emmo. Card. Tedeschini sobre la Coronación Canónica de Ntra. Sñra. de Piat (Tuguegarao)	426

PARTE DOCTRINAL

Sancti Pontificis Pii X Fasti Breiores (conclusión)	428
Sección Mariana: Los Protestantes y la Virgen María	435
Sección Litúrgica: Disposiciones recientes sobre el ayuno eucarístico—Variaciones en el misal etc.	441
Indulgencias de la Corona Septem dolorum:—Sobre las indulgencias del Año Mariano por los que están impedidos comunicado por el National Marian Year Committee	446
Sección de Casos y Consultas: I. Incurción en censuras; II. Libros de Bautismos; III. Indulgencias "toties quoties"; IV. Derechos funerarios; V. Número de personas necesario para obtener un Oratorio semi-público; VI. Ayuno eucarístico	447
Educación Católica: Dos cuestiones	458
Sección Homilética: I. La Visitación; II. María, Refugio de pecadores; III. La Virgen del Carmen; IV. María y su conformidad con la voluntad de Dios	461
Sección Informativa: Noticias religioso-sociales	468

MANILA—TIP. DE LA UNIVERSIDAD DE STO. TOMAS

BOLETIN ECLESIASTICO

DE FILIPINAS

Bendecido por S.S. Pio XII

Organo Oficial Interdiocesano, mensual, editado por la Universidad de Santo Tomás, Manila, Islas Filipinas.

PARTE OFICIAL

Curia Romana

LIPENSIS-INFANTENSIS

A Diocesis Lipensis Territorio Pars Distrahitur, e Qua Praelatura (Nullius), Infantensis Nomine, Erigitur *

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Precibus annuentes venerabilis Fratris Alfridi Verzosa y Florentin, dioecesis Lipensis Episcopi, Nos Apostolicis sub plumbo Litteris *Quo aeternae*, die vicesima octava proxime elapsi mensis Martii datis, a latissimo dioecesis illius territorio *Marinduque* insulam et civilis provinciae *Quezon* meridiionalem partem seiunximus et novam dioecesim Lucenensem ereximus. Modo autem idem vigilantissimus Praesul, ad satius sui dominici gregis regimini consulendum, a Nobis expostulavit ut a suae dioecesis, nimis adhuc longe lateque patentis, territorio *Polillo* insulae et septentrionalis pars provinciae civilis *Quezon* separentur ad novam exinde Praelaturam *nullius* constituendam. Nos itaque, praehabito venerabilis Fratris Aegidii Vagnozzi, Archiepiscopi titularis myrensis et in Philippinis Insulis Delegati Apostolici, favorabili voto, de consilio venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium S. Congregationi Consistoriali praepositorum, novis porrectis Nobis precibus annuentes, suppleto, quate-

* Publicamos ahora este documento que nó se pudo publicar a su debido tiempo.

nus opus sit, quorum intersit vel eorum, qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa ac certa scientia, dioecesis Lipensis territorium iterum dismembramus et Praelaturam *nullius dioeceseos*, cui nomen erit *Infantensis*, erigimus, quas supra memoravimus *Polillo insulas* et provinciae civilis *Quezon* septentrionalem partem continentem. Nova igitur Praelatura ista fines, qui sequuntur, attinget: ad septentrionem, dioecesim *Tuguegaroanam*; ad occidentem, provincias civiles *Nueva Viscaya*, *Nueva Ecija*, *Bulacan*, et *Rizal*; ad orientem, Oceanum Pacificum, et ad meridiem, communes limites civiles municipiorum *Infanta* et *Mauban*.

Nova istius Praelaturae *nullis* sedem in urbe Infanta, a qua Praelatura ipsa nomen mutuatur, statuimus et templum Deo in honorem S. Marci Evangelistae ibidem exstans, dicatum, ad praelatitiae Ecclesiae gradum et dignitatem evehimus et ipsi eiusque pro tempore Praesulibus iura omnia tribuimus et privilegia, insignia, honores et gratias, una cum adnexis oneribus et obligationibus, quae sedibus, praelatitiis Ecclesiis earumque Antistitibus iure communi sunt propria.

Decernimus insuper ut Praelatura Infantensis suffraganea sit metropolitanae Ecclesiae Manilensi, et eius Praelatus metropolitico archiepiscopi Manilensis, iuri subiiciatur.

Volumus porro ut, cum primum fieri poterit, parvum saltem Seminarium ad clerum indigenam instituendum erigatur.

Quod autem attinet ad Praelaturae regimen et administrationem, ad Vicarii capitularis, seu Administratoris, sede vacante, electionem, ad clericorum et fidelium iura et onera et cetera huiusmodi, rite servari mandamus quae sacri canones praescribunt. Quod vero ad clerum peculiariter spectat, statuimus ut simul ac hae Litterae Nostrae ad executionem demandantae fuerint, eo ipso clerici Ecclesiae illi censeantur adscripti, in cuius territorio legitime degunt.

Mandamus insuper ut documenta omnia et acta, quae novam hanc Praelaturam *nullius* eiusque clericos et fideles respiciunt, ad huius Curiam a Lipensis dioecesis Curia quam primum transmittantur in archivo diligenter asservanda.

Ad quae omnia uti supra disposita et constituta ad executionem mandanda venerabilem Fratrem praefatum Delegatum Apostolicum in Insulis Philippinis, vel eum qui in executionis actu eidem Delegationi praesit, deputamus eidemque necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, et illi onus imponimus ad S. Congregationem Con-

sistorialem, cum primum fas erit, authenticum peractae executionis actorum exemplar transmittendi.

Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum intersit, vel qui sua interesse praesumant, etiam si specifica et individua mentione digni sint, auditi non fuerint, vel praemissis non consenserint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari, vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere; et, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum prorsus et inane esse ac fore volumus et decernimus, non obstantibus, quatenus, opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, generalibus vel specialibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum, Praedecessorum Nostrorum, dispositionibus ceterisque contrariis, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus denique ut harum Litterarum transumptis, vel excerptis etiam impressis, manu tamen alicuius notari publici subscriptis, ac sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides quae praesentibus Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, erectionis, constitutionis, concessionis, subiectionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo non-gentesimo quinquagesimo, die vicesima quinta Aprilis mensis, Pontificatus Nostri anno duodecimo.

Pro S. R. E. Cancellario

F. CARD. MARCHETTI SELVAGGIANI
S. Collegii Decanus

FR. A. I. CARD. PIZZA
S. C. Consistorialis a Secretis

ARTHURUS MAZZONI, *Proton. Apost.*
BERNARDUS DE FELICIS, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXXIX, n. 27. — Al. Trussardi.

Allocutio Summi Pontificis Pii Papae XII

DE MAGISTERIO ECCLESIASTICO

(Habita coram 39 Emm. Cardinalibus necnon 450 Excmis ac Revms. Archiepiscopis et Episcopis ex toto orbe Romae coadunatis occasione sollemnis canonizationis Sancti Pii Papae X.—L'Osservatore Romano n. 125).

Venerabiles Fratres,

«Si diligis... pascere». Quidnam sit apostolici laboris ratio, fastigium virtutis, meritorum origo et fons, praeclare hoc docet divini Servatoris ad Petrum Apostolum adhibitum monitum, quo Eucharisticum Sacrificium in honorem unius aut plurium Summorum Pontificum inchoatur. Vestigiis insistens Iesu Christi, Pontificis et Pastoris sempiterni, qui pro nobis magna docuit, mira fecit, dura sustinuit, Romanus Antistes Pius nomine decimus, quem Sanctorum fastis accensere valde gavisus sumus, ex ore Christi elapsus strenue implens praeceptum, pascendo dilexit et diligendo pavit. Dilexit Christum et pavit gregem Christi: ex supernis divitiis, quas benignissimus Redemptor intulit terris, haud parce hausit quae gregi liberaliter dedit: veritatis nempe alimonium, mysteria caelestia, divinae Eucharistiae sacrificii et sacramenti magnificentissimam gratam, caritatis suavitatem, assiduum consulendi curam, tutelae fortitudinem; totum se dedit et ea omnia quae ei largitus erat omnium bonorum Auctor et Dator.

Romam venistis, Venerabiles Fratres, sertum laetitiae Nostrae, ut, sollemnium celebritatum participes, admirationis et honoris obsequium Nobiscum proferretis huic Romanae Urbis Antistiti, cuius vita inclita universam collustravit Ecclesiam, et gratiarum actiones persolveretis Deo, qui magno beneficiorum

Little over a month ago the Holy Father's Pro-Secretary of State, Msgr. Giovanni B. Montini, emphasized in a letter that the right of priests [and even more of laymen] to preach the Gospel is dependent on the approval of their Bishop.

The Pope repeatedly noted in his audience address that in the work of teaching the Bishops may associate others with themselves. But he stressed repeatedly that these teachers enjoy their position not by virtue of their knowledge but by reason of the mandate they receive from Bishops.

The Pontiff stated that the Church may, does and intends to continue to examine what teachers are teaching, without injury to the teachers or exceeding the Church's teaching mission and authority.

(THE SENTINEL, Saturday, June 19, 1954)

cumulo per hunc Pontificem quos ad aeternam adipiscendam salutem dirigit, paterna eos misericordia perfudit.

Et nunc, dum Nos inter vos medii, Fratres dilectissimi, tam frequentes ex omnibus orbis terrarum partibus advectos, laeto penitusque commoto animo adstamus, Nos inquam, Christi Vicarius, «consenior», inter vos «seniores», quod memorandum et monendum Nobis occurrit, breviter ante omnia astringere volumus verbis ex ipsius primi Summi Pontificis ac Principis Apostolorum epistula, quam modo meminimus, depromptis: «Seniores, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum, ... pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum, ... forma facti gregis ex animo» (cfr. 1 Petr. 5, 1-3). Idem haec sonant ac divinae vocis effatum, quod pastorem industriam ad operosam incitat caritatem: «Si diligis, ... pasce!».

At paucis ea enucleare volumus quae Beatissimi Petri verbis modo summam inuimus.

Sollicitudo omnium Ecclesiarum quae Nobis incumbit, et vigilantia, quae pro supremo Nostri officii munere cotidie Nos urget, impellunt Nos, ut ob oculos Nostros ponamus et perpendamus quaedam ad mentis sententias, ad animi sensus, ad actionem vitae spectantia, in quae vestram quoque sollicitudinem et vigilantiam converti volumus, ut eam Nostrae iungatis, atque ita citius et efficacius gregi Christi provideatur. Agi enim videtur de cuiusdam contagionis spiritualis indiciis atque effectibus, qui pastorem curam expetunt, ne invalescant grassarique incipiant, sed in tempore sanentur et quam primum tollantur.

Proposito Nostro consentaneum esse videtur vobis singillatim explanare ea quae triplici munere ac praerogativa ex divina institutione vobis, Apostolorum successoribus, sub auctoritate Romani Pontificis competunt (cfr. can. 329), i. e. magisterium, sacerdotium, regimen. Attamen, cum hodie tempus non sufficiat, orationem Nostram nunc ad primam tantum rem contrahemus, ceteras ad aliam occasionem in posterum (si Deus dabit Nobis copiam) differentes.

Christus Dominus veritatem, quam e caelis attulit, Apostolis et per ipsos eorum successoribus concredidit; Apostolos, sicut ipse fuit missus a Patre (Io. 20, 21), misit, ut docerent omnes gentes omnia quaecumque ipsi a Domino audierant (cfr. Matth. 28, 19-20). Apostoli igitur iure divino sunt in Ecclesia statuti veri doctores seu magistri. Praeter Apostolorum autem legitimos successores, scilicet Romanum Pontificem pro universa Ecclesia, Episcopos vero pro fidelibus suis curis commissis (cfr. can. 1326), alii magistri iure divino in Ecclesia Christi non

habentur; at tum ipsi, tum imprimis Supremus in Ecclesia Magister atque Christi in terris Vicarius, alios arcessere possunt suos in magistri munere operis socios consiliariosve, quibus facultatem (sive peculiariter sive ob collatum officium—cfr. can. 1328) docendi delegent. Qui ad docendum ita vocantur, in Ecclesia proprie non nomine suo, neque titulo scientiae theologiae, magistros agunt, sed vi missionis quam a legitimo Magisterio receperunt, eorumque facultas manet semper huic subiecta neque umquam fit sui iuris, seu nulli potestati obnoxia. Episcopi vero, tali facultate data, numquam iure docendi privantur, neque eximuntur gravissimo officio providendi et invigilandi integritati atque securitati doctrinae, quam ali in auxilium assumpti proponunt. Ideo legitimum Ecclesiae Magisterium neminem ex iis, quibus missionem canonicam dedit, laedit vel offendit, si scire et pro certo habere cupit, quid ii, quos ad docendum miserit, in praelectionibus viva voce, quid in libris vel commentariis et ephemeridibus auditoribus tradendis, item quid in libris aliisve scriptis publici iuris factis, doceant atque defendant. Non habemus in animo iuris normas circa praevidiam censuram librorum in hunc finem ad omnes has res extendere; siquidem tot alii modi et viae praesto sunt, quibus tuto percontanda notitia de docentium doctrina acquiri potest. Neque haec legitimi Magisterii providentia et circumspectio quidquam habet diffidentiae vel suspicionis—(sicuti ne professio quidem fidei, quam a docentibus multisque aliis Ecclesia exigit; cfr. can. 1406 n. 7 et 8)—, e contrario, collata docendi facultas sapit fiduciam, bonam aestimationem, honorem exhibitum ei, cui eadem conceditur. Ipsa S. Sedes, si quando inquit et scire vult, quid in aliquibus Seminariis, Collegiis, Athenaeis, studiorum Universitatibus, doceatur in rebus ad suam potestatem spectantibus, nulla alia causa ducitur, quam conscientia tum mandati Christi, tum obligationis, qua tenetur coram Deo de tutanda atque incorrupte et integre haec exercenda vigilantia nititur etiam ad defendendum et urgendum vestrum ius et officium alendi gregem vobis concreditum genuino Christi verbo et veritate.

Non absque gravi ratione haec coram vobis, Venerabiles Fratres, monere voluimus. Etenim infelicititer accidit, quod quidam docentes parum quarunt coniunctionem cum vivo Ecclesia Magisterio, parumque mentem animumque convertunt ad communem eius doctrinam hoc vel illo modo clare propositam; simul autem nimium dant proprio ingenio, mentis habitui recentiorum, aliarum disciplinarum normis, quas unicas dicunt et habent tamquam veris doctrinae rationibus et praeceptis consentaneas. Sine dubio Ecclesia humanarum disciplinarum studium et progressum summopere amat et fovet, hominesque

doctos, qui in studiorum cultu vitam suam consumunt, peculiari dilectione atque existimatione prosequitur. Attamen res de religione et moribus, veritates sensibilium ordinem omnino transcendentes, ad Ecclesiae officium auctoritatemque unice pertinent. In Nostris Litteris Encyclicis «*Humani generis*» illorum, quos supra memoravimus, ingenium seu spiritum descripsimus; itemque monuimus nonnullas ex inibi reprobatis a veritate aberrationibus prorsus originem habere ex neglecta coniunctione cum vivo Magisterio Ecclesiae. Eandem hanc cum mente et doctrina Ecclesiae necessariam coniunctionem gravissimis verbis iterum iterumque extulit Sanctus Pius X in magni ponderis omnibusque vobis pernotis documentis. Idem repetiit eius in Summo Pontificatu Successor, Benedictus XV, qui postquam in primis suis Litteris Encyclicis («*Ad beatissimi Apostolorum Principis*», 1 Nov. 1914) Modernismi a suo Decessore factam condemnationem sollemniter iteravit, huius systematis assecclae spiritum ac mentem ita designat: «*Quo spiritu qui agitur, is quidquid sapiat vetustatem, fastidiose respuit, avide autem ubi vis nova conquirat: in ratione loquendi de rebus divinis, in celebritate divini cultus, in catholicis institutis, in privata ipsa exercitatione pietatis*» (Acta Ap. Sedis, vol. VI, 1914, pag. 578). Quod si nonnulli huius temporis docentes et professores omni conatu et nisu insistunt in novis afferendis et evolvendis, non autem in repetendo «*id quod traditum*» est: si solum hoc proponere volunt, hoc mente quiete pervolvant, quod Benedictus XV in memoratis Litteris Encyclicis iis considerandum profert: «*Sanctam haberi volumus eam maiorum legem: Nihil innovetur, nisi quod traditum est; quae lex tametsi inviolate servanda est in rebus fidei, tamen ad eius normam dirigenda sunt etiam, quae mutationem pati possunt; quamquam in his ea quoque regula plerumque valet: Non nova, sed noviter*» l c.).

Ad laicos quod attinet, a legitimis Magistris in fidei defensione eosdem quoque adiutores et adiutrices vocari vel admitti in aperto est. Sufficit memorare Christianae doctrinae institutionem, in quam tot milia virorum mulierumque incumbunt, necnon alias formas apostolatus laicorum. Quae omnia eximie laudanda sunt omneque conatu promoveri possunt et debent. At omnes hi laici sint et maneant oportet sub auctoritate, ductu atque vigilantia eorum, qui divina institutione magistri in Ecclesia Christi statuti sunt. Nullum est enim in Ecclesia, in rebus ad salutem animarum spectantibus, magisterium quod huic potestati ac vigilantiae subductum sit.

Recentibus vero temporibus hinc illinc enasci et passim propagari coepta est *theologia*, ut aiunt *laicalis* et peculiare

theologorum laicalium coeptum est genus, qui sui iuris esse profitentur; habentur huius theologiae praelectiones, scripta typis edita, circuli, cathedrae, professores. Hi suum magisterium distinguunt et quodammodo opponunt Magisterio Ecclesiae publico; aliquoties, ut suum agendi modum probent, provocant ad docendi et interpretandi charismata, de quibus in Novo Testamento, praesertim in Epistulis Paulinis, non semel est sermo (e. gr. Rom. 12, 6-7; 1 Cor. 12, 28-30); provocant ad historiam, quae inde ab initio religionis christianae usque ad hunc diem tot affert nomina laicorum, qui in bonum animarum Christi veritatem docuerunt scriptis et viva voce, verum ad hoc non vocati ab Episcopis, neque petita vel accepta sacri magisterii facultate, sed ducti interno suo impulsu ac studio apostolico. Verumtamen haec contra retinenda sunt: numquam nempe fuit neque est neque umquam erit in Ecclesia legitimum laicorum magisterium, quod a Deo auctoritati, ductui, vigilantiae sacri Magisterii fuerit subtractum; immo ipsa subiectionis negatio evincens exhibet argumentum et iudicium: laicos ita loquentes et agentes non duci Spiritu Dei et Christi. Praeterea nemo non videt, quantum sit in hac «theologia laicali» periculum perturbationis et erroris; periculum etiam, ne alios instruere incipiant homines plane inepti, immo dolosi quoque et fallaces, quos descripsit S. Paulus: «Erit tempus, cum... ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur» (cfr. 2 Tim., 4, 3-4).

Absit a Nobis ut, hoc monendo, a sacra doctrina altius discenda et in vulgus efferenda avertamus eos, cuiuslibet ordinis et coetus, qui tam praeclaro studio commoventur.

Date autem vosmet, Venerabiles Fratres, sollertiores in dies operam, ut, quemadmodum officii vestri aequae onus ac honor poscunt, supernae veritatis magis magisque indagando in celsa et profunda penetretis, et sedulo flammantibus eloquiis sanctissima religionis vera iis proferatis, qui nunc haud sine praegravium periculorum minis in cogitando et sentiendo fallaciae obruuntur caligine, ut salutariter poenitendo et recte diligendo redeant denique ad Deum, «a quo averti cadere; in quem converti resurgere; in quo manere, consistere... in quem redire reviviscere: in quo habitare, vivere est» (S. Aug. Soliloquiorum, lib. I, cap. 1, n. 3—Migne P L, t. 32, col. 870).

Quod ut feliciter agatis, caelestia auxilia vobis invocamus atque, ut haec liberaliter affluent, vobis vestrisque gregibus Apostolicam Benedictionem peramanter impertimus.

Discurso del Padre Santo en la Canonización de Pío X

(29 mayo 1954)

Esta hora de espléndido triunfo, que Dios, exaltador de los humildes, ha preparado y como adelantado para sellar la ascensión maravillosa de su fiel siervo Pío X a la gloria suprema de los altares, colma nuestra alma de gozo, del cual, venerables hermanos y amados hijos, participáis vosotros tan abundantemente con vuestra presencia. Damos, pues, fervientes gracias a la divina bondad por habernos concedido el vivir este acontecimiento extraordinario; tanto más cuanto que, por vez primera quizá en la historia de la Iglesia, la formal canonización de un Papa es proclamada por quien tuvo en otro tiempo, el privilegio de estar a su servicio en la curia romana.

Fausto y memorable es este día no sólo para Nos, que lo contamos entre los más felices de nuestro pontificado, a quien por otra parte la Providencia había reservado tantos dolores y preocupaciones, sino también para la Iglesia entera, que, reunida espiritualmente en torno a Nos, exulta al unísono con una intensa emoción religiosa.

El nombre tan querido de Pío X atraviesa en este radioso atardecer de un extremo al otro toda la tierra, pronunciado con los acentos más diversos y despertando por doquier pensamientos de celestial bondad, fuertes impulsos de fe, de pureza, de piedad eucarística, resuena como testimonio perenne de la presencia fecunda de Cristo en su Iglesia. Con generosa recompensa al exaltar a su siervo, Dios atestigua la santidad eminente por la cual, más aún que por su cargo supremo, Pío X fué durante su vida el campeón ilustre de la Iglesia y, por lo mismo, es hoy el santo dado por la Providencia a nuestra época.

Por eso deseamos que contempléis precisamente desde este punto de vista la gigantesca y dulce figura del Santo Pontífice para que, cuando las sombras de la noche hayan caído sobre esta jornada memorable y se hayan apagado las voces del inmenso hosanna, el rito solemne de su canonización permanezca como una bendición en vuestras almas y como prenda de salvación para le mundo.

1.—El programa de su pontificado lo anunció él mismo solemnemente con su primera encíclica (*E supremi*, del 4 de octubre de 1903), en la que declaraba ser su único propósito

instaurare omnia in Christo (Eph. 1, 10), es decir, recapitular, volver a llevar todo a la unidad en Cristo. Pero ¿cuál es el camino que nos franquea el acceso a Jesucristo?, se preguntaba él, mirando con amor a las almas descarriadas y vacilantes de su tiempo. La respuesta, válida ayer como hoy y en los siglos venideros, es: ¡la Iglesia! Por eso su primera solicitud, mantenida sin cesar hasta la muerte, fué el hacer que la Iglesia fuese en concreto cada vez más apta y más dispuesta para llevar a los hombres hacia Jesucristo. A este fin concibió la atrevida empresa de renovar el cuerpo de las leyes eclesiásticas para conferir así al entero organismo de la Iglesia un funcionamiento más regular y mayor seguridad y agilidad de movimientos, según lo requería nuestro mundo externo, lanzado hacia un dinamismo y una complejidad cada día mayores. Es muy cierto que esta empresa, definida por él mismo *arduum sane munus*, estaba en consonancia con su sentido eminentemente práctico y con su carácter vigoroso; con todo, no parece que la sola consideración de su temperamento pueda dar la explicación última de la difícil empresa. La fuente profunda de la obra legislativa de Pío X hay que buscarla, sobre todo, en su santidad personal, en aquella persuasión íntima que la realidad de Dios, por él sentida en una incesante comunión de vida, es el origen y la base de todo orden, de toda justicia, de todo derecho en el mundo. Donde está Dios allí reina el orden, la justicia y el derecho, y viceversa, todo orden justo, tutelado por el derecho, manifiesta la presencia de Dios. Ahora bien, ¿qué institución en la tierra debía manifestar más eminentemente esta fecunda relación entre Dios y el derecho, sino la Iglesia, Cuerpo místico del mismo Cristo? Dios bendijo copiosamente la obra del santo Pontífice de modo que el Código de Derecho Canónico continuará siendo siempre el gran monumento de su pontificado, y él le podrá considerar como al santo providencial del tiempo presente.

¡Ojalá que este espíritu de justicia y de derecho del que fué Pío X, para el mundo contemporáneo, testigo y modelo, penetre en las salas de las conferencias de los Estados donde se discuten problemas gravísimos de la familia humana, en particular el modo de desterrar para siempre el temor de espantosos cataclismos y de asegurar a los pueblos una era duradera y feliz de tranquilidad y de paz!

2.—Pío X se reveló también campeón invicto de la Iglesia y santo providencial de nuestros tiempos en la segunda empresa que caracterizó su obra y que por sus episodios a veces dra-

máticos, se asemejó a una lucha entablada por un gigante en defensa de un tesoro inestimable; la unidad interior de la Iglesia en su fundamento íntimo, la fe. Ya desde la niñez la Providencia divina había preparalo a su elegido en una humilde familia fundada sobre la autoridad, las sanas costumbres y la misma escrupulosamente vivida. Sin duda, cualquier otro Pontífice, en virtud de la gracia de estado, habría combatido y rechazado aquellos asaltos lanzados contra el fundamento de la Iglesia. Con todo, hay que reconocer que la lucidez y firmeza con que Pío X dirigió la lucha victoriosa contra los errores del *modernismo* atestiguan en qué grado ardía en su corazón de santo la virtud de la fe. Solícito únicamente de que la grey confiada a sus desvelos conservase intacta la herencia de Dios, el gran Pontífice no conoció debilidades ante cualesquiera dignatarios o personas de autoridad, ni titubeos de frente a doctrinas falsas, por más que atrayentes, dentro o fuera de la Iglesia, ni temor alguno de procurarse ofensas contra su persona o injusto desconocimiento de la pureza de sus intenciones. Tuvo clara conciencia de que luchaba por la más santa de las causas; la causa de Dios y de las almas. Literalmente se verificaron en él las palabras del Señor a San Pedro: "Yo he rogado por ti afin de que tu fe no perezca, y tú... confirma a tus hermanos" (Luc. 22, 32). La promesa y el mandato de Cristo suscitaron una vez más en la roca indefectible de un Vicario suyo el temple indómito del atleta. Es justo que la Iglesia, al decretarle hoy la gloria suprema en el mismo lugar donde desde hace siglos resplandece sin ofuscarse nunca la de San Pedro, uniendo a ambos en una misma apoteosis, entone a Pío X un canto de reconocimiento e invoque al mismo tiempo su intercesión para que aleje de ella otras batallas semejantes. La conservación de la unión íntima entre la fe y la ciencia, que fué propiamente la cuestión entonces debatida, es un bien tan grande para la humanidad entera, que también la importancia de esta segunda grande empresa del santo Pontífice va mucho más allá del mundo católico.

Doctrina, cual del *modernismo*, que separa, oponiéndolas, la fe y la ciencia en su origen y en su objeto, opera en estos dos campos vitales una escisión tan deleterea, "que poco más es muerte". Se han visto prácticamente sus efectos: en el siglo que corre, el hombre, dividido en lo profundo de su ser y, sin embargo, ilusionado aun con poseer su unidad por una frágil apariencia de armonía y felicidad basadas en un progreso puramente terreno, ha visto quebrarse esta unidad bajo el peso de una realidad bien diversa.

Pío X, con mirada escrutadora, vió el aproximarse de esta catástrofe espiritual del mundo moderno, esta amarga decepción especialmente en los ambientes cultos. Intuyó que una fe aparente, es decir, una fe que no se funde en la revelación divina, sino que arraigue en un terreno puramente humano, para muchos se disolvería en ateísmo. Entrevió igualmente el destino fatal de una ciencia que, contra la naturaleza y con voluntaria limitación, se cerraba el paso hacia la Verdad y el Bien absolutos, dejando así al hombre sin Dios, de frente a la oscuridad invencible en que yacería para él todo ser, solamente posición de angustia o de arrogancia.

El santo contrapuso a tanto mal la única posible y verdadera salvación: la verdad católica, bíblica, de la fe, aceptada como "*rationabile obsequium*" (Rom. 12, 1) hacia Dios y su revelación. Coordinando de tal manera fe y ciencia—aquella como sobrenatural extensión y confirmación de esta, y esta como camino que lleva a la primera—restituyó al cristiano la unidad y la paz del espíritu, que son premisas imprescriptibles de vida.

Si hoy muchos, volviendo de nuevo los ojos a esta verdad, casi empujados por el vacío y por la angustia de su abandono, tienen la suerte de poderla encontrar firmemente poseída por la Iglesia, deben agradecerlo a la mirada previsora de Pío X. Por haber preservado la verdad pura de todo error él se ha hecho benemérito tanto para con los que gozan de esa verdad a plena luz, es decir, los creyentes, cuanto para con los que la buscan sinceramente. A los demás, su firmeza contra el error puede tal vez que sea aún como piedra de escándalo; en realidad no es otra cosa que un supremo servicio de caridad hecho por un santo, como Jefe de la Iglesia, a la humanidad entera.

3.—La santidad, que se revela como fuente de inspiración y guía de las empresas de Pío X ya recordadas, brilla aún más directamente en los hechos cotidianos de su misma persona. El actuó en sí mismo, antes que en los otros, el citado programa: recapitular y llevar todo a la unidad en Cristo. Como humilde párroco, como Obispo y como Sumo Pontífice estimó que la santidad a que Dios le destinaba era la santidad sacerdotal. ¿Qué otra santidad puede ser más agradable a Dios en un sacerdote de la ley nueva que aquella que conviene a un representante del Sumo y Eterno Sacerdote, Jesucristo, el cual dejó a la Iglesia, como perenne recuerdo, la perpetua renovación del sacrificio de la cruz en la santa misa hasta el día en que venga para el juicio final (1 Cor. 11, 24-26), y que

con este sacramento de la Eucaristía se dió a Sí mismo como alimento de las almas: "quien come este pan vivirá eternamente"? (Io. 6, 59).

Sacerdote ante todo en el ministerio eucarístico, he aquí el retrato más fiel del santo Pío X. En el servir como sacerdote al misterio de la Eucaristía y en el cumplir el precepto del Señor "Haced esto en memoria mía" (Luc. 22, 19) se compendia su vida toda. Desde el día de su ordenación sacerdotal hasta su muerte como Pontífice no conoció otro camino posible para llegar al amor heroico de Dios y a la generosa correspondencia con el Redentor del mundo, el cual por medio de la Eucaristía "derramó las riquezas de su divino amor hacia los hombres" (Conc. Trid., sess. XIII, cap. 2). Una de las manifestaciones más expresivas de su conciencia sacerdotal fué su ardiente solicitud por renovar la dignidad del culto y especialmente por vencer los prejuicios de una práctica desviada. Promovió resueltamente la frecuencia, aun diaria, de los fieles a la mesa del Señor, y condujo a ella, sin vacilar, a los niños como en brazos para ofrecerlos al abrazo de Dios escondido en los altares. Brotó así una nueva primavera de vida eucarística para la Esposa de Cristo.

En la profunda visión que poseía de la Iglesia como sociedad Pío X conoció el poder que tiene la Eucaristía para alimentar sustancialmente su vida íntima y para elevarla por encima de cualquier otra asociación humana. Sólo la Eucaristía, en la cual Dios se da al hombre, puede fundar una vida social digna de sus miembros, cimentada antes en el amor que en la autoridad, rica en obras y enderezada al perfeccionamiento de los individuos; en una palabra: una vida "escondida con Cristo en Dios".

¡Ejemplo providencial para el mundo de hoy, en el que la sociedad terrena, que se está convirtiendo cada día más en una especie de enigma para sí misma, busca con ansia una solución sobre cómo volverse a dar un alma! Que ese mundo tome por modelo a la Iglesia reunida en torno a sus altares. Allí, en el misterio eucarístico, el hombre descubre y reconoce realmente su pasado, su presente y su porvenir como unidad en Cristo (cfr. Conc. Trid., 1. c.). Consciente de esta solidaridad con Cristo y con sus hermanos y fortalecido por ella, cada uno de los miembros de entrambas sociedades, la terrena y la sobrenatural, estará en condiciones de recibir del altar la vida interior de dignidad y valor personal, vida que al presente está a punto de ser arrollada por la tecnificación y por la organiza-

ción excesiva de toda la existencia, tanto del trabajo como también del descanso. Sólo en la Iglesia, parece repetir el santo Pontífice, y por la Iglesia en la Eucaristía, que es “vida escondida con Cristo en Dios”, se encuentra el secreto y la fuente de renovación de la vida social.

De aquí se sigue la grave responsabilidad de aquellos a quienes, como a ministros del altar, compete el deber de abrir a las almas el manantial salvífico de la Eucaristía. Multiformes, ciertamente, la acción que puede desarrollar un sacerdote para salvar el mundo moderno; pero existe una, sin duda la más digna, la más eficaz, la más duradera en sus efectos: hacerse distribuidor de la Eucaristía una vez que él mismo se ha nutrido abundantemente de ella. Su obra no sería sacerdotal si él mismo, aun llevado por el celo de las almas, pusiese en segundo lugar su vocación eucarística. Conformen, pues, los sacerdotes su mente a la inspirada sabiduría de Pío X y orienten confiadamente hacia el sol eucarístico toda su actividad de vida y de apostolado. Igualmente los religiosos, que viven con Jesucristo bajo el mismo techo y que se alimentan diariamente con su carne, tengan como segura norma lo que el santo Pontífice declaró en ocasión importante, a saber: que los vínculos que los unen a Dios por medio de los votos religiosos no deben posponerse a ningún otro servicio, por más legítimo que sea, en provecho del prójimo (cfr. *Ep. ad Gabrielem M., Antist. Gen. Fr. a Scholis Christ.*, 23 apr. 1905. *Pii X P. M. Act.*, v. II, págs. 87-88).

El alma debe ahondar sus raíces en la Eucaristía para extraer de ella la savia de la vida interior, la cual no es sólo un bien fundamental de los corazones consagrados al Señor, sino una necesidad de todo cristiano, a quien Dios llama a la salud eterna. Sin la vida interior cualquier actividad, por más preciosa que sea, se degrada a la categoría de acción casi mecánica ni puede tampoco la eficacia propia de una operación vital.

Eucaristía y vida interior, he ahí la predicación suprema y más general que Pío X dirige en la hora presente a todas las almas desde la altura de la gloria. Como apóstol de la vida interior, él se sitúa en la era de la máquina, de la técnica y de la organización como el santo y el guía de los hombres de hoy.

Sí, ¡oh Santo Pío X!, gloria del sacerdocio, esplendor y ornamento del pueblo cristiano; tú, en quien la humildad parecía hermanarse con la grandeza, la austeridad con la manse-

dumbre, la sencilla piedad con la profunda doctrina; tú, ¡oh Pontífice de la Eucaristía y del catecismo, de la fe íntegra y de la impávida entereza!, vuelve tu mirada hacia la Iglesia santa, a quien tanto amaste y la que consagraste lo mejor de los tesoros que con mano pródiga despositara en tu alma la Divina Bondad; obtiene para ella la inculumidad y la constancia en medio de las dificultades y persecuciones de nuestros tiempos; sostén esta pobre humanidad, de cuyos dolores tanto participaste y que acabaron por detener las palpitaciones de tu gran corazón; haz que en este mundo agitado triunfe aquella paz que debe ser armonía entre las naciones, acuerdo fraterno y sincera colaboración entre las clases sociales, amor y caridad entre los hombres, a fin de que, de esta suerte, los anhelos que agotaron tu vida apostólica lleguen a ser, gracias a tu intercesión, una feliz realidad a gloria de Nuestro Señor Jesucristo, que con el Padre y con el Espíritu Santo vive y reina por los siglos de los siglos. Así sea.

ACTO DE CONSAGRACION A MARIA INMACULADA, PATRONA DE LAS ISLAS FILIPINAS

Compuesto por San Pío X (Marzo 4, 1910)

Oh Beatísima Virgen María, preservada del pecado original, amantísima y poderosísima Patrona de las Islas Filipinas, sea también a Tí perenne alabanza, veneración sempiterna y acción de gracias en Cristo Jesús. Oh Inmaculada Madre nuestra, oh benignísima Madre nuestra, oh dulcísima y agustísima Reina nuestra, agradecidos celebramos tus misericordias y nos acogemos a tu amparo. Oh Señora, que robas con tu dulzura los corazones de los hombres, Tu robaste nuestro corazón; Tu robaste los corazones de nuestros pueblos; Tu solidificaste, extendiste y confirmaste en nuestras tierras las primicias de nuestra fe con tu benignísimo patrocinio atestiguado en tantos monumentos de tu piedad. Oh Señora, Madre Nuestra, que aplastaste con tu pie virginal la cabeza de la serpiente, libra nuestros pueblos de los envenenados dardos de los impíos y de los herejes. Tu que criaste y educaste nuestros pueblos en la fe de tu dilectísimo Hijo, protégelos, ampara los y defiéndelos. Tuyo somos, tuyos queremos ser. Muestra Tu que eres nuestra Madre y nuestra Patrona; guárdanos, sálvanos con tus poderosísimos ruegos.

José Santísimo, castísimo Esposo de la Madre de Dios, que siempre fuiste Protector amadísimo de las Islas Filipinas, sea a Tí alabanza y veneración en Cristo Jesús. Custodio de Vírgenes, a quien alegres ensalzan los ejércitos celestiales y celebran todos los pueblos cristianos, intercede por nosotros: recibe nuestros corazones, para que en perpetua donación sean consagrados, ofrecidos y dedicados al dulcísimo Corazón de tu Inmaculada Esposa. Amen.

Letter of the Sovereign Pontiff

CONCERNING THE EXALTED MISSION OF THE
INSTITUTES OF TEACHING BROTHERS

POPE PIUS XII,

To Our Beloved Son, His Eminence Valerio Cardinal
Valeri, Prefect of the Sacred Congregation of Religious
Orders and Institutes.

Our Beloved Son,

Health and Apostolic Benediction

The Procurators General of eight Religious Institutes of Brothers, whose special mission is the instruction and education of youth, have presented us with a dutiful report of the annual meeting of the French Provinces of their Institutes, held last year at Paris, in order to inform us of what had been accomplished there, and what they hope to accomplish in the future. At the same time, they besought us in a submissive and respectful spirit to give them Paternal instruction and to point out to them the best means to bring about a continual healthy growth and increasing fruitfulness.

